



Rhetorik – Politik – Propaganda

Cicero und die Macht des Wortes

Fachtagung vom 5. Okt. 2016
Latinistik / Klassische Philologie
Universität Bielefeld

Vortrag von
Dr. Tom van de Loo
(Bad Oeynhausen - Bielefeld)


Kurztitel: **Rhetorik in eigener Sache!**

Tom van de Loo

Rhetorik in eigener Sache:

Ciceros Darstellung seines Exils in seiner Rede Pro Sestio

und in Briefen aus der Exilzeit



„Ich nahm seine Drohung nicht ernst. Er konnte kein Blut sehen – nicht das anderer Menschen und schon gar nicht das eigene. Sein Leben lang hatte er Militärexpeditionen, die Spiele, öffentliche Exekutionen oder Bestattungen gemieden – alles, was ihn an die Sterblichkeit der Menschen erinnerte. Ein möglicher Schmerz jagte ihm schon Angst ein, erst recht der Gedanke an den Tod – was, obwohl ich mir natürlich nie die Unverfrorenheit herausnehmen würde, das auch auszusprechen, der entscheidende Grund für seine Flucht aus Rom war.“

(Robert Harris, Dictator, München 2015, S.22f.)

1. Die Darstellung des Exils in der Rede *Pro P. Sestio*

Gliederung der Rede *Pro P. Sestio*

- § 1-5 Proömium/ Exordium: Die *probi/boni* und die *improbi* im Staat
- § 6-14 Die Person des Sestius: Familie, politischer Werdegang
- § 15-74 Gründe für Ciceros Exil und Versuche der Rückberufung
- § 75-95 Sestius' Rolle bei der Rückberufung Ciceros
- § 96-143 Ciceros Programm „*cum dignitate otium*“ und die Rolle der Optimaten, darin §
127-131 Schilderung der Rückkehr Ciceros aus dem Exil
- §144-147 Peroratio: Plädoyer Ciceros auf Freispruch des Sestius

Cic., Sest § 31:

mihi autem hoc propositum est ostendere, **omnia consilia P. Sesti mentemque totius tribunatus hanc fuisse, ut adflictae et perditae rei publicae quantum posset mederetur.**

ac si in exponendis vulneribus illis **de me ipso plura dicere videbor, ignoscitote; nam et illam meam cladem vos et omnes boni maximum esse rei publicae vulnus iudicatis, et P. Sestius est reus non suo, sed meo nomine:**

qui cum omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpserit, necesse est meam causam praeteriti temporis cum huius praesenti defensione esse coniunctam.

Ausrichtung des Handelns des Sestius am Staatswohl

Topos der affektierten Bescheidenheit

Schicksal Ciceros und Schicksal des Staates untrennbar verbunden; Einsatz des Sestius für Cicero = Einsatz für den Staat

Ausrichtung des Handelns des Sestius am Staatswohl

Cic., Sest. § 35

1 quae **cum** essent eius modi, iudices,
2 **cum** senatus duces nullos ac pro ducibus proditores aut
potius apertos hostis haberet,
3 equester ordo reus a consulibus citaretur,
4 Italiae totius auctoritas repudiaretur,
5 **alii** nominatim relegarentur,
6 **alii** metu et periculo terrerentur,
7 **arma** essent in templis, **armati** in foro,
8 eaque non silentio consulum dissimularentur, sed et voce
et sententia comprobarentur,
9 **cum** omnes urbem **nondum excisam et eversam**, sed **iam**
captam atque oppressam videremus:
tamen his tantis malis tanto bonorum studio, iudices,
restitissemus, sed me alii metus atque aliae curae suspicionesque
moverunt.

Enumeratio:

Anapher (cum)

Anapher (alii)

Figura etymologica

zweifaches Hendiadyoin

Irrealis

Cic., Sest. § 36:

nam si ego

- 1 in causa **tam** bona,
- 2 **tanto** studio senatus,
- 3 consensu **tam** incredibili bonorum omnium,
- 4 **tam** parato (populo),
- 5 **tota** denique Italia ad omnem contentionem expedita,

cessi **tribuni plebis, despiciatissimi hominis, furori,**
contemptissimorum consulum levitatem audaciamque
pertimui,
nimum me timidum, nullius animi, nullius consili fuisse
confiteor.

*fünfgliedrige Enumeratio mit
Klimax*

*Abwertende Epitheta
Sachfeld „Charakterfehler“*

asyndetisches Trikolon

Cic., Sest. § 39:

mihi erat res ...

cum scurrarum locupletium scorto,
cum sororis adultero,
cum stuprorum sacerdote,
cum venefico,
cum testamentario,
cum sicario,
cum latrone

siebengliedrige anaphorische Enumeratio

Anspielung auf die inzestuöse Beziehung zu Clodia

Anspielung auf den Bona-Dea-Skandal 62 v.Chr.

Cic. Sest. § 39

omnibus in contionibus illa furia clamabat se, quae faceret contra salutem meam, facere

auctore Cn. Pompeio, **clarissimo** viro mihi et nunc et quoad licuit **amicissimo**;

M. Crassus, quocum mihi omnes erant **amicitiae necessitudines**, vir **fortissimus**, ab eadem illa peste infestissimus esse meis fortunis praedicabatur;

C. Caesar, qui **a me nullo meo merito alienus** esse debebat, inimicissimus esse meae saluti ab eodem cotidianis contionibus dicebatur.

„Antiklimax“

*engste freundschaftliche
Verbindung mit Pompeius
freundschaftliches Verhältnis
zu Crassus*

*kein Anlass zur Feindschaft bei
Caesar*

Cic., Sest. § 43

Contenderem contra tribunum plebis privatus armis?

*Rhetorische Frage im **deliberativen**
Konjunktiv der Vergangenheit*

Cic. Sest. § 45

‘Restitisses, repugnasses, mortem pugnans appetisses!’

*Einwand eines fictus interlocutor
(asyndetisches Trikolon, Klimax)*

De quo te, te, inquam, patria, testor et vos, penates patriique
dei, me vestrarum sedum templorumque causa,
me propter salutem meorum civium,
 quae mihi semper fuit mea carior vita,
dimicationem caedemque fugisse.

*Apostrophe, Geminatio, Alliteration
Anapher, Chiasmus
Hyperbaton*

Cic. Sest. § 46

Cum vero **in hanc rei publicae navem**, ereptis senatui gubernaculis fluitantem in alto tempestatibus seditio-
num ac discordiarum, armatae tot classes, nisi ego essem unus deditus, incursurae viderentur,

cum proscriptio, caedes, direptio denuntiaretur,

cum **alii** me suspicione periculi sui non defenderent,

alii vetere odio bonorum incitarentur,

alii inviderent,

alii obstare sibi me arbitrarentur,

alii ulcisci dolorem aliquem suum vellent,

alii rem ipsam publicam atque hunc bonorum

statum otiumque odissent et ob hasce causas tot tamque

varias me unum deposcerent,

depugnarem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum, quam id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem ac subirem?

Schiffsmetapher

Anapher

Cic., Sest. § 47

Quid? Tum mortemne fugiebam? An erat res ulla quam mihi magis optandam putarem? Aut ego illas res tantas in tanta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, non exsilium ob oculos versabatur? Non haec denique a me tum tamquam fata in ipsa re gerenda caneantur? An erat mihi in **tanto** luctu meorum, **tanta** diiunctione, **tanta** acerbitate, **tanta** spoliatione omnium rerum quas mihi aut natura aut fortuna dederat, vita retinenda?

Tam eram rudis, **tam** ignarus rerum, **tam** expers consili aut ingeni? **Nihil** audieram, **nihil** videram, **nihil** ipse legendo quaerendoque cognoveram? Nesciebam vitae brevem esse cursum, gloriae sempiternum? Cum esset omnibus definita mors, optandum esse ut vita, quae necessitati deberetur, patriae potius donata quam reservata naturae videretur? Nesciebam inter sapientissimos homines hanc contentionem fuisse, **ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restringi**, **alii autem tum maxime mentis sapientium ac fortium virorum, cum e corpore excessissent, sentire ac vigere?** quorum **alterum fugiendum non esse, carere sensu, alterum etiam optandum, meliore esse sensu.**

Rhetorische Fragen (10 x)

Anapher

Anapher, asynd. Trikolon, Klimax

Anapher asynd. Trikolon, Klimax

Epikureische Sicht des Todes

Platonische Sicht des Todes

Vergleich beider Positionen: Parallelismus mit Anapher (alterum)

Cic., Sest. § 49

Hoc videbam, si causam publicam mea mors peremisset, neminem umquam fore qui auderet suscipere contra improbos civis salutem rei publicae; itaque non solum si vi interissem, sed etiam si morbo exstinctus essem, fore putabam, ut exemplum rei publicae conservandae mecum simul interiret.

Servavi igitur rem publicam discessu meo, iudices:

caedem a vobis liberisque vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuque depuli,

et unus rem publicam bis servavi, semel gloria, iterum aerumna mea.

Neque enim in hoc me hominem esse infitiabor umquam, ut me optimo fratre, carissimis liberis, fidissima coniuge, vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu sine dolore caruisse glorier.

Mit Ciceros Tod wäre der Staat als ganzer untergegangen.

Cicero als Retter des Staates:

- durch sein Konsulat (gloria)

- durch sein Exil (aerumna)

2. Die Darstellung des Exils in den Briefen

Petrarca, Zweiter Brief an Cicero (ep. fam. 24,4)

Ut homo vixisti, ut orator dixisti, ut philosophus scripsisti.

Petrarca, Erster Brief an Cicero (ep. fam. 24,3)

Audivi multa te dicentem, multa deplorantem.



Cic. fam. 14,4

Ego minus saepe do ad vos litteras, quam possum, propterea quod (...) cum aut scribo ad vos aut vestras lego, conficior lacrimis sic, ut ferre non possim. (...) O me perditum! O afflictum! Quid enim? Rogem te, ut venias? Mulierem aegram, et corpore et animo confectam. Non rogem? Sine te igitur sim? (...) Unum hoc scito: si te habebo, non mihi videbor plane perisse. Sed quid Tulliola mea fiet? iam id vos videte: mihi deest consilium. (...) Quid? Cicero meus quid aget? iste vero sit in sinu semper et complexu meo. Non queo plura iam scribere: impedit maeror.

Ich schreibe euch seltener, als ich könnte, weil ich, wenn ich schreibe oder eure Briefe lese, vom Weinen so ausgezehrt werde, dass ich es nicht ertragen kann. (...) O ich Hoffnungsloser, o ich Mutloser! Soll ich dich bitten, dass du kommst? Eine Frau, die körperlich und seelisch erschöpft ist? Soll ich dich nicht bitten? Soll ich also ohne dich sein? (...) Nur dies eine sollst du wissen: Wenn ich dich (hier) haben werde, werde ich mir nicht völlig verloren vorkommen. Aber was wird aus meiner kleinen Tullia werden? Kümmert ihr euch nunmehr darum: Mir fehlt die Entschlusskraft. (...) Was wird mein Cicero tun? Er soll stets an meiner Brust und in meinen Armen sein. Ich kann nicht mehr schreiben. Der Kummer hindert mich daran.

Cic., Att. 3,7,2

Quod me ad vitam vocas,

unum efficis,

ut a me manus abstinenceam,

alterum non potes,

ut me non nostri consili vitaeque paeniteat.

Quid enim est, quod me retineat, praesertim si spes ea non est quae nos proficiscentis prosequatur?

Non faciam, ut enumerem miseras omnis, in quas incidi per summam iniuriam et scelus **non tam inimicorum meorum quam invidorum**, ne et meum maerorem exagitem et te in eundem luctum vocem;

Hoc adfirmo:

neminem unquam tanta calamitate esse adfectum,

nemini mortem magis optandam fuisse.

Cuius oppetendae tempus honestissimum praetermissum est; Reliqua tempora sunt non tam ad medicinam quam ad finem doloris.

Parallelismus

Rhetorische Frage

Praeteritio

Paronomasie, Homoioteleuton

Anapher, Polyptoton

Cic., Att. 3,10,2:

Nam quod me tam saepe et tam vehementer **obiurgas** et animo infirmo esse dicis, quaeso:

Ecquod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit?

Ecquis umquam **tam** ex amplo statu, **tam** in bona causa, **tantis** facultatibus ingeni, consili, gratiae, **tantis** praesidiis bonorum omnium concidit?

Possum **oblivisci, qui fuerim, non sentire, qui sim,** quo caream honore, qua gloria, quibus liberis, quibus fortunis, quo fratre?

Quem ego, ut novum calamitatis genus attendas, cum pluris facerem quam me ipsum semperque fecissem, vitavi ne viderem, ne aut illius luctum squaloremque aspicerem aut me, **quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi adflictumque offerrem.**

Mitto cetera intolerabilia; etenim fletu impediior.

Vorwurf des Atticus

Rhetorische Fragen

Enumeratio mit Anapher

Parallelismus, Antithese, Polyptoton

Enumeratio

Parallelismus, Polyptoton

Hyperbel

Tres Cicerones?

